

peccandō tit. 5. in princ. Feud. 1. tit. 23. tit. 24. 562. 2. Feud. 2. Curtius d. l. à n. 20. Quartō si contra personas, sibi ipsi conjunctas, tale perpetraverit homicidium, quod parricidium appellari mereatur d. tit. 5. in pr. Feud. 1. d. 563 tit. 24. §. 2. Feud. 2. Curtius d. l. n. 33. Quintō si bona, oppida, vicos, castra &c. ad Dominum pertinentia, oppugnare fuerit ausus d. tit. 24. §. porro Feud. 2. Curt. d. l. n. 32. Confer Clariss. D. Franz in Jurisprud. quiniupl. quæst. 19. & 20. ubi secundum & tertium delinquendi modum per multas paginas exquisitissime deducit.

564 V. resolvitur culpa & feloniam omissionis, quæ admittitur primò, si Vassallus, debitè requisitus, servitia præstare neglexerit d. tit. 24. §. 2. §. sed non est Feud. 2. si Dominum in prelio vel acie deseruerit d. i. & §. in pr. Curt.

565 d. l. n. 61. Secundò si renovationem investituræ intra annum & diem non petierit, aut fidelitatem non juraverit d. tit. 24. in pr. & §. 1. tit. 52. §. ult. Feud. 2. tit. 22. in princ.

566 Feud. 1. Tertio si sciat, Domino gravem in vica, vel bonis imminere jacturam, nec tamen id Domino denuntiet, aut damnum avertere studeat d. tit. 24. §. 2. in pr. Feud. 2.

567 Quartò si Domino justitiam facere, ac filium v. g. qui Dominum offendit, ad satisfactionem præstandam adducere, & persuadere renuat tit. 55. §. 2. Feud. 2. Confer Stryck cap. 23. §. 34. & seqq.

568 Quæres I. an, si Vassallus unò ex recensitis modis contra Dominum delinquat, Feudum ad Dominum vel agnatos devolvatur?

Resp. I. Feudum novum ad Dominum devolvi. Textus & DD. in tit. 24. §. ult. §. denique tit. 38. tit. 42. §. quò restituitur tit. 44. Feud. 2. D. Franz cit. l. quæst. 17. n. 1. Schambogen tit. 29. n. 2. & 3. Stryck d. cap. §. 46.

569 Resp. II. Feudum antiquum, perperam alienatum, ab agnatis, juxta proximitatem gradus, revocari posse. Textus in tit. 3. §. 1. tit. 26. §. 5. §. Titius tit. 39. in princ. Feud. 2.

570 Et quia filius inter agnatos utique non minùs quàm alius, ex latere veniens, est referendus, hinc & ipsi, ne causa illius quàm cæterorum sit deterior contra tit. 11. Feud. 2. jus revocandi Feudum perique concedunt, si hæres

non sit. Schrader. de Feud. p. 7. cap. 2. n. 48. Fachin. lib. 7. contr. cap. 18. Quin etiam si hæres sit, id ipsum indulget Clariss. D. Franz cit. q. 17. à n. 7. cum aliis citatis.

Resp. III. Feudum antiquum, ob feloniam, sive in personam Domini commissam, ad Dominum intereà, dum Vassallus delinquens aut illius descendentes vivunt, reverti tit. 24. §. 2. post mortem autem Vassalli delinquentis, & descendentiū ex eo, ad agnatos, quibus delictum alterius nocere, vel jus, à majoribus quæsitum, auferre non potuit, redire arg. tit. 26. §. 5. §. si Vassallus tit. 31. tit. 40. §. item si clericus &c. tit. 78. Feud. 2. Ita Stryck d. cap. 25. §. 48. & ingens DD. numerus, quem pandit Vultejus de Feud. lib. 1. cap. 11. n. 145. Clarus in §. Feudum q. 66. Welfenbec. cons. 773. num. 29. Struv. cap. 15. apbor. 14. Dissentit cum multis Fachin. d. l. cap. 22. & Schambogen cit. tit. 29. n. 4.

Resp. IV. in casu, quò culpa tantum admit- titur in personam, Vassallo conjunctam, Feudum non ad Dominum reverti, sed, exclusis filiis, statim ad agnatos deferri per text. in cit. tit. 24. §. 2. §. denique tit. 37. in princ. Feud. 2. Struv. cit. cap. apbor. 15.

Quæres II. an, si Dominus similem Vassallo 573 committat feloniam, dominio directò Feudi privetur, idque cum dominio utili, quod habet Vassallus, consolidetur?

Resp. affirmativè. Textus in tit. 6. & tit. 26. §. 5. §. Domino tit. 47. Feud. 2. Schambogen. de Feud. tit. 27. per tot. Clariss. D. de Chlinsperg cap. 13. sub q. 16. Ratio est: quia Dominus quoque tenetur Vassallo ad aliquam fidelitatem ex num. 545. adeoque si violet fidem, perinde Feudi privatione dignus judicatur, ac Vassallus.

Dissentit Thomastus in dissert. de Felonia Do- mini §. 7. & seqq. ac, licet memoratos textus in dubium vocare nequeat, attamen eos in Germania nunquam fuisse receptos, in §. 16. ex Schiltero in Cod. Fur. Alemann. feud. in com. ad cap. 69. ostendit. Sed quia Jcti Germania communiter ac sine contradictione textus feudales in lib. 1. & 2. usque ad tit. 58. allegare solent: perquam difficile mihi videtur credere, quòd memorati textus in Germania nunquam fuerint recepti.

SECTIO V.

De Societate.

SUMMARIA.

575. & seqq. Diversæ acceptiones Societatis. 578. Illius definitio. 579. Est Contractus consensualis &c. 580. De rebus & operis. 581. Communis lucri gratia. 582. Conferendis. 483. Est Universalis. 584. Et particularis. 585. Potest ab omnibus initi, qui possunt contrahere. 586. Illius objectum sunt res & opera. 587. & seqq. In Societate universalis absoluta ad communicationem uniunt omnes opera & sumptus. 590. Non in

in universalis secundum quid, aut particulari. 591. & seq. In illa communicatio rerum presentium inducitur sine traditione. 593. In ista secus. 594. & seq. Quandoque tantum lucrum, non etiam res, sit commune. 596. Et tunc res perit soli socio, qui Dominus est. 597. Aliud observatur in re, inter socios communi. 598. Pactum Societatis de termino computandi lucrum. 599. & seqq. Pactum de partitione aqua-



aqualitate vel inaequalitate. 603. Pactum de periculo infceptione. 604. Pactum de certa quantitate lucri. 605. Determinatio subinde in arbitrium tertii conferuntur. 606. Adstruitur Obligatio sociorum. 607. & seqq. Proba-

tur sententia, qua culpam latam & levem in Societate præstari docet. 615. & seqq. Ostenditur quomodo Contractus, quem init socius cum extraneo, cæteros socios obliget. 625. & seqq. Adstruuntur modi, quibus Societas dissolvitur.

§. I.

Quid & quotuplex sit Societas?

575 Quintam sedem in classe Contractuum consensualium occupat Societas, non quatenus accipitur latè pro quocunque consortio seu conjugali seu alio juxta l. neque societas. 1. in pr. ff. Quod cuiuscunque Universitas. l. 576 verum 1. ff. de Act. rer. amotarum; nec etiam, quatenus accipitur strictiùs pro quacunque rerum communione, in quam non consentimus expressè, sed incidimus; sed quatenus accipitur strictissimè pro rerum comunione, quæ verò consensu constituitur juxta l. ut sit 31 ff. pro Socio germanicè ein Geverbs & Gemein schaft / Maß-Copen / Compagnie.

578 Definitur, quòd sit Contractus consensualis, Juris Geatiur, nominatus, bilateralis, bonæ fidei, de rebus & operis, communis lucri gratià conferendis.

579 Dixi I. Contractus consensualis &c. quæ phrasè posteriori commentario non egent, dum nemini non perspectum est, Societatem solò consensu contrahi pr. Inst. de Obligat. ex cons. esse pluribus Gentibus communem; habere nomen specificum; obligationem utrinque producere; & ideò negotiis bonæ fidei connumerari.

580 Dixi II. de rebus & operis. Ubi designatur objectum Societatis, res nimirum & operæ, paulò latius in §. 2. expendendæ.

Dixi III. communis lucri gratià. Nisi enim 581 ex intentione communis lucri res & operæ conferantur, nulla est Societas; sed, si res maneat consule, erit quasi-Contractus communione d. l. ut sit 31. ff. Pro Socio; aut, si lucrum omne pertineat ad unum, donatio; vel, si deficiat animus donandi, leonina & iniquissima Societas erit l. si non 29. §. ult. ff. d. t.

Dixi IV. conferendis. Siquidem ex utra- 582 que parte res aut operæ conferantur, necessarium est: alioquin non erit negotium onerosum, sed merè gratuitum, & verissima donatio per l. Societates §. §. ult. ff. eod.

Dividitur Societas in universalem & particu- 583 larem. Universalis vel est simpliciter talis, quando nimirum omnia bona, quocunque titulo honestè quæsitã, communicantur; vel secundum quid talis, quando duntaxat illa bona, quæ ex negotiatione & operis sociorum acquisita sunt, sunt communia. Particularis est, quã certæ quædam & determinatæ res communicantur. Textus in pr. Inst. de Societ. l. Societas §. 1. l. Societates §. in pr. ff. Pro Socio.

Si roges: quis Societatem contrahere possit? 585 Resp. posse quemlibet, qui reliquos Contractus celebrare potest. Clariss. D. Franz. ad tit. Inst. de Societ. n. 5.

§. II.

Quodnam sit Objectum Societatis?

586 Objectum Societatis ex num. 580. sunt res & operæ: aded ut nihil inter sit, utrum res simul & operæ præstentur utrinque; vel ab una parte res, ab altera operæ; vel operæ ex utraque parte per textus in §. de illa 2. Inst. d. l. duo Societatem 71. in pr. ff. l. Societatem 1. Cod. Pro Socio.

587 Et quidem in Societate universalis simpliciter tali res omnes & operæ, præsentès & futuræ, unacum impensis & sumptibus, etiam citra Societatis respectum factis, sunt communes l. ea verò 3. §. 1. l. cum duobus §. 2. §. 8. 16. & ult. l. quodsi 66. l. si Societatem 73. §. 1. ff. d. l. l. ex parte 39. §. 3. ff. Famil.

588 hercis. Ut idcirò certior & æquior sit sententia, quòd, si unus ex sociis filiam elocaverit, aut filium applicaverit ad studia, do, unacum sumptibus Studiorum, ex communi massa desumi, & Societati debeat imputari. Fachin. lib. 8. contr. cap. 4. D. Gletlep. 3. Pand. cap. 16. n. 3. D. Franz ad tit. Inst. de Societ. n. 589 15. D. Rudolphi Cent. Tog. Pallad. q. 33. Non reclamante textu in l. si socius 81. cum l. seq. ff. Pro Soc. ubi nec dos, nec impensæ, extra So-

cietatis causam, supponuntur communes: quia de Societate particulari explicari potest & debet.

In societate universalis secundum quid, & 590 multò magis in particulari, sicuti solum id lucrum, quod obvenit intuitu & occasione rei vel operæ communis, commune fit: ita solum imputantur Societati sumptus, illius gratiã facti juxta l. cum duobus §. 2. §. 15. ff. d. t. D. Franz cit. l. n. 14.

In eo quoque non modicæ relictet differen- 591 tia inter Societatem unam & alteram, quòd in Societate universalis absoluta res præsentès (exceptis actionibus, quæ indigent cessione l. ea verò 3. in pr. ff. eod.) statim, absque traditione, communes efficiantur l. Societas 1. §. 1. l. quia licet 2. ff. d. t. ubi Brunn. num. 9. res 592 autem futuræ non antè communes evadant, quàm communicatæ vel collatæ fuerint l. si quis 74. ff. eod. Brunnem. cit. l. n. 12. Covarruv. Var. resol. lib. 3. cap. 19. n. 1. Lauterb. ad cit. tit. ff. §. 14.

Verùm in aliis Socie 593 tatibus res præsentès quoque debent communi,

municari & conferri, ad hoc, ut communes esse censentur arg. cit. l. Societas 7. §. 1. l. si id 58. §. 1. ff. d. t. Brunn. cit. l. num. 10. Lauterbach §. 15.

- 594 Quod si res vel pecunia tantum ab una parte conferatur, & ab altera solum opera, nec aliud inter partes conventum reperitur, res quoad usum duntaxat, non etiam quoad proprietatem redditur communis arg. l. cum duobus 52. §. 2. ff. d. t. Lauterbach ibid. §. 16.
- 595 Nisi opera tam praestantes forent, ut etiam aequivalent dominio pecuniae; veluti priorum doctrinam limitant Vinn. select. 99. lib. 1.

§. III.

Qualia Pacta possint & soleant adijci Societati?

598 Regula Societatis potissimum à Pactis, quae solent & possunt adijci, desumitur. Plurima ex illis congesti Stryck in usu mod. Pand. ad cit. cit. pro Socio. Ego unum vel alterum seligo. Nempe frequentissimum est apud Socios mercatores, ut certos statuatur terminos, intra quos in eam lucri damnae computatio, vulgo die Balance stent; atque vel singulis annis, vel singulis etiam mensibus aut septimanis lucrum & quaestus dividatur. Stryck cit. l. §. 5.

599 Deinde Sociis est familiare, ut partem damni & lucri per speciale Pactum determinent; nec dubitandum, quin valeat conventio de partibus inaequalibus, quando unus plus operae vel rei praestet §. de illa 2. Inst. de Societ. At, si res aut operae sint aequales, partes autem in damno vel lucro inaequales, ac Titio v. g. de lucro partes duae, de damno tertia; Sempronio verò de lucro pars una, & de damno partes duae assignentur, magna est altercatio inter DD. an valeat hujusmodi conventio?

Et sententiam quidem affirmativam, quam defendunt Vinn. lib. 1. select. quest. cap. 53. Perez in Cod. cit. tit. n. 6. Stryck cit. l. §. 17. procedere credo, quando vel actu condonatur inaequalitas, aut animus donandi prudenter conjici potest, veluti si dives mercator alteri, quem noviter assumit in Socium, majorem lucri quam damni partem imponat, ut magis alliciat ad Societatem; neque enim prohibitum est, causam donationis contrahere Societatem, si pars solum in donationem veniat arg. l. si quis 38.

§. IV.

Quisnam effectus Societatis sit?

606 Effectus proximus Societatis est obligatio communis, quam habent Socii ad conferendas in commune res & operas; ac communicanda lucra & damna inter se; nec non impensas, pro cujuslibet parte agnoscendas & refundendas, modò hucusque declarato.

607 Si petas: quam culpam Socius praestet Socio, si quid ipsi possit imputari ratione damni, rebus communibus illati? Resp. opiniones quidem diversas reperiri,

cap. 54. Gletle cit. p. 3. cap. 16. n. 14. & alii, ab his citati. Cui consequens est, quòd si periculum rei in prima hypothese spectet ad solum conferentem: cum enim res pereat suo domino, & conferens privative dominus rei collatae maneat; res ipsi privative perit: quemadmodum etiam, si opera frustrantur, & sine effectu impendantur, earum frustratio solum operantem onerat. Perez ad cit. tit. Cod. num. 9. in f. Lauterb. d. l. §. 16. Aliud 597

autem dicendum in hypothese secunda, in qua sicut dominium fit commune, sic etiam damnum. Vin. select. quest. d. cap. 54. Gletle d. l. n. 15.

ff. de Contrah. empr. Lauterbach cit. l. §. 19. At si nihil de donatione constet, longè ve riosius est, tale Pactum, cum iniustitia laboret, ac naturae Contractus onerosi, in quo stricta desideratur aequalitas inter rem & rem, inter datum & acceptum, adverteretur, reprobatum esse per text. in cit. §. de illa 2. Inst. de Societ. l. Mutius 30. ff. pro Soc. ubi Brunnem. n. 2 & 3. Covarruv. Var. resol. lib. 3. cap. 2. num. 3. D. Gletle p. 3. Pandect. cap. 16. n. 7. D. Franz cit. l. num. 11.

Rursum non insolitum est Pactum, quòd Socius, qui solus pecuniam confert, in alterum, qui solus operam praestet, totum periculum pecuniae transferat; idque eò saltem eventu licitum esse, quòd Socius, qui periculum pecuniae subit, majorem lucri portionem valeat petere, cum Mantica de tacit. & ambig. convent. lib. 6. tit. 6. n. 3. contra Hectorem Felcium de Societ. cap. 18. n. 13. & seqq. propugnat Stryck cit. l. §. 21. & seq. quia periculum cum majori portione lucri compensatur arg. l. si non 29. §. 1. ff. Pro Socio.

Denique potest accidere, ut uni Sociorum certa quantitas lucri v. g. 200. thaleri constituantur. Et sane vix dubium esse potest, quin valeat simile Pactum per textum in l. si margarita 44. l. cum duobus 52. §. 7. ff. Pro Socio. Stryck cit. l. §. 23. quoniam fortuna & alicui contrahentes se commississe censentur.

Quid autem Juris sit, si tertius quispiam constitutum in parte lucri & damni determinet? explicatur in l. ficticia 75. & seqq. ff. de ubi Brunn. in convent. Stryck cit. l. §. 6. & seqq.

609 nuntiatur; item in §. ult. Inst. de Societ. ubi manifestè deciditur, quòd Socius teneatur de dolo & culpa, solumque culpa levissima excipitur; item in l. si ut certo §. 2. ff. Comm. ubi disertè constitutum est, majorem in Societate, quam depositio, culpam praestari, & talem, qualis in emptione, venditione, locatione, conductione, & pignore praestatur, id est, levem: eò quòd aequalis utriusque Socii versetur utilitas.

610 Neque dicas I. sufficere, quando Socius talem diligentiam rebus communibus adhibet, qualem adhibet rebus propriis d. §. ult. Inst. & l. Socius 72. ff. Pro Soc. quia, qui parum diligentem sibi Socium acquirat, de se queri debet.

611 Resp. enim hoc sufficere, quando Socius in rebus propriis mediam impendit diligentiam: cum enim in citatis text. absolute pronuntietur, quòd Socius teneatur ad culpam; nec alius gradus eximatur, ac qui diligentiae maximae opponitur: confectaneum est, Socium à culpa levissima duntaxat exemptum esse.

612 Neque dicas II. Socio, cum versetur in re propria, causamque gerendi habeat, ut dicitur in l. heredes 25. §. 16. ff. Famil. heretic. liberiore agendi facultatem tribui, nec culpam aliam, quam latam imputari debere. Contra siquidem est: quia, si Socius conferat solum operam, res quoad proprietatem ex n. 594. regulariter non fit communis: adeoq; tunc Socius non versatur in re propria, sed aliena.

613 Si autem res communis fiat, non fit communis ex toto, sed pro parte duntaxat: ideoque procedit regula, quòd sua cuique culpa, non alteri nocere debeat.

614 Scilicet adhiberi adhuc: an Socius obligetur ex Contractu, quem init Socius cum tertio; & in specie, an, si pecuniam mutuas det tertio, & ille tertius non sit solvendo, vel aufugiat, damnum ex hoc Contractu redundet in Socium non contrahentem?

Hae quaestio in facti contingentia Facultati nostra anno 1712. proposita, & Referente Clarissimo D. Pandectarum Professore, D. Franz 17. April. sic resoluta fuit.

615 Equidem Socius regulariter non obligatur ex Contractu Socii, quem ille non init nomine Societatis, sed nomine proprio per textum in l. si Socii sumus 28. l. veram esse 63. §. 3. l. si unus 67. in pr. & §. 1. l. iure Societatis 82. ff. pro Soc. Lauterb. ibid. §. 41. Hec tor Felcius de Commun. seu societ. cap. 30. n. 3. Sabell. in summa §. Societas n. 24. & in dubio praesumitur, Socium potius proprio quam communi nomine contraxisset Lauterb. cit. l. §. 40. Felic. cap. 3. n. 43. & 44. Stryck de Contract. sect. 2. cap. 10. §. 11.

Inf. Hae tamen regularis doctrina patitur exceptionem I. quando id, quod contractum, acceptum, aut expensum est, communibus ratiociniis, casse, vel massa inferitur d. l. iure Societatis 82. ff. Pro Socio.

616 II. quando Socii negotiorum negotiationem communem separatim exercent, vel ratione locorum vel ratione negotiationum. Felic. de Commun. seu Societ. d. cap. 30. n. 16. & 17. Mantica de tacit. & ambig. convent. lib. 6. tit. 22. n. ult.

617 III. quando etiam in una statione promiscue negotiantur, modò unus, modò alter. Menoch. Vol. 5. conf. 450. n. 37. & seq. Felic. d. cap. 30. n. 15. quia tunc se invicem tacite proposuisse censentur.

618 IV. quando Socii us ut plurimum communi nomine solitus erat contrahere arg. l. vel universorum 12. ff. de Pignorat. act. Mant. de tacit. & ambig. convent. lib. 6. tit. 17. n. 1. & 6. V. quando Contractus est versus in communem Societatis utilitatem. Lauterb. cit. l. §. 42. Felic. cit. tr. cap. 31. n. 28. Stryck de Contract. sect. 2. cap. 10. §. 12. Et quia in memorata facti contingentia omnes istae exceptiones invenire locum: id eò Socium ex Contractu mutui, à Socio cum extraneo inito, fuisse obligatum ad ferendum pro parte damnum, unanimiter pronuntiamus.

619 Pro eadem sententia in similibus circumstantiis, Referente Clariss. D. de Wolleren anno praecedente 30. Jan. iterimus, ac conclusimus, ex mutuo, ab uno sociorum accepto, reliquos socios obligari; licet, cum, Societate dissoluta, accipiens de mutuo nihil meminerit, sed ufuras ex proprio solvetur, obligationem reliquorum sociorum quasi novatam & extinctam dixerimus.

620 Effectus remotus Societatis est actio Socio, quae Socius & ejus haeredes agunt adversus Socium & illius haeredes, ut, quòd aequum est praestari ex causa Societatis quoad collationem rerum, communicationem lucri & damni, nec non restitutionem expensarum, praestetur. Est haec actio personalis, civilis, bonae fidei, rei persecutoria, perpetua; & fidolus à Socio committatur. famosa l. praeoria 1. ff. de his, qui vocant. infam. Vid. Lauterb. ad tit. ff. pro Socio §. 23. & seqq.

621 Potest tamen aliquatenus elidit beneficium competentiae, quod non tantum Socio universali, sed etiam particulari concessum esse, cum Harpprecht ad §. sed & 38. Inst. de Allion. n. 4. tradit D. Franz ad tit. Inst. de Societ. n. 19. per l. verum est 63. in pr. ff. pro Socio. Sic tamen ut ille competat absolute; huic respectu negotiationis particularis per l. sane 16. ff. de Rejudic.

§. V.

Quomodo solvatur Societas?

622 Societas solvitur I. morte Sociorum tan naturalis §. solvitur 5. Inst. de Societ. quam civilis, puta maxima & media capitis diminutione d. l. verum est 63. §. ult. ff. pro Soc. & mortali, id est, Professione Religiosa arg. Amb. P. SCHMIDT JURISPR. CAN. CIV. TOM. II.

Ratio est: quia, nisi haeredum expressa fiat mentio, censetur in Sociis electa persona industria d. §. solvitur 5. Inst. de Societ.

623 II. renuntiatione. Sed hic perpendendum, an certum tempus

tempus in Contractu Societatis expressum sit, an nullum. Si primum; potest quidem unus Socius invito altero, tempore necdum elapsò, Societati renuntiare; si tamen defuerit iustitia causæ, solvitur Societas (liquidem nemo tenetur invitus in communione, quæ discordias parere consuevit, permanere l. cum pater 77. §. 20. ff. de Legat. 2.) sed tantum ex parte renuntiantis, in quantum de lucro communii amplius participat; non autem ex parte alterius Socii, in quantum agitur de commu-

ni rescissione damni l. actione 65. §. 6. ff. pro Soc. Si secundum; potest unus, altero dissentiente, Societati renuntiare sine causa; dummodo id faciat tempellivè ac sine dolo §. manet 4. Inst. d. t. d. l. actione 65. §. 4. l. sed & 17. §. 2. ff. d. t. III. solvitur Socie-629 tas finitò negotiò, cujus intuitu contracta fuit §. item si 6. Inst. d. t. publicatione bonorum §. publicatione 7. cessione §. item si 8. interitum naturali rei l. verum est 63. §. ult. ff. d. t. D. Aybinger ad Someting d. t. n. 15.

SECTIO VI.

De Mandato.

SUMMARI A.

630. Etymologia Mandati. 631. Definitio. 632. & seqq. Est Contractus consensualis. 635. Bilateralis est consequenti. 636. Quò negotium gratis gerendum committitur, & suscipitur. 637. & seqq. Honorarium in Mandato admittitur, & si certum sit, actio petitur. 641. Offenditur discrimen inter Mandatum & consilium. 642. & seqq. Item inter Mandatum & commendationem. 644. & seqq. Item inter Mandatum & jussum. 647. Varie divisiones Mandati remissivè tanguntur. 648. Explicatur Mandatum simplex & qualificatum. 649. & seqq. Iusd' assinitatem habet cum fideiussione. 651. & seqq. Est differentiam quoque non modicam habeat. 653. & seqq. Notantur persona mandantis & mandatarii. 655. & seqq. Indigitatur differentia nuntii & mandatarii.

659. Mandatarius extrajudicialis potest regulariter submandare. 660. Objectum Mandati est negotium futurum. 661. & seqq. Demonstratur, quomodo ratiobatio possit equiparari mandato. 665. Negotia inhonesta non reitè mandantur. 666. Nec etiam negotia incerta. 667. & seqq. Mandatarius tenetur ad culpam. 669. & seqq. Qualem negotii mandati naturam desiderat. 673. & seqq. Non potest excedere fines Mandati. 675. & seqq. Si Mandatum habeat ad vendendum, potest recipere pretium. 680. Tenetur ad omnia prestanda, quæ prestari equum est. 681. & seqq. Mandans tenetur mandatarium indemnem servare. 685. Illi datur actio directa. 686. Huic contraria. 687. & seqq. Modi solvendi Mandatum traduntur.

§. I.

Quid sit Mandatum?

630 **S**exta Species inter Contractus consensualis est Mandatum, à datione manus sic appellatum: quia jam antiquò more receptum est, ut in dandis & recipiendis mandatis, in signum fidei & fidelitatis, manus utrinque porrigatur. Miller ad Struv. exercit. 22. th. 3. lit. a. 631 Definiti potest, quòd sit Contractus consensualis, Juris Gentium, nominatus, bilateralis, bonæ fidei, quò negotium gratis gerendum alteri committitur, & suscipitur. 632 Dixi I. Contractus consensualis. Quantum vis enim in §. mandatum 1. Inst. l. si mandavero 22. §. ult. l. si quis 27. §. 2. ff. Mand. supponatur, ex Mandato, re adhuc integrà, non ori- 633 ri obligationem; id tamen eatenus exaudiendum est, ut, re adhuc integrà, non oriatur præcisè obligatio faciendi, quòd mandatum est, sed quasi-alternativa, ut mandatarius vel exequatur Mandatum, vel illud tempellivè mandanti renuntiet. Gledle 3. p. Pand. cap. 634 15. num. 2. Alioquin, si negotium urgeat, & mandans dispendium patiatur, mandatarius actione mandati potest conveniri juxta citatos textus. Clariss. D. Franz ad Inst. cit. tit. num. 3.

Dixi II. Juris Gentium, nominatus, bilateralis, bonæ fidei. Quæ particula, cum statim ex prima terminorum apprehensione Juræperitis inclarescant, explanatione non egent. Illud solummodò notandum est, Mandatum non esse Contractum bilateralem statim ab initio, sed magis ex consequenti, quatenus mandans mandatarium tenetur indemnem servare. Dixi III. quò negotium gratis gerendum alteri 636 committitur & suscipitur. In h' gratis includitur discrimen Mandati à locatione conductione, in qua promittuntur & exhibentur opera, vel perficiuntur negotia non gratis, sed datà vel receptà mercede §. ult. Inst. de Mand. Card. de Luca de Tutor & Procurat. disc. 20. n. 8. & 9. Honorarium tamen Mandato contrarium non 637 est l. si remunerandi 6. in pr. l. salarium 7. ff. l. adversus 1. Cod. Mand. ubi Brunn. num. 3. quia gratuitam operam promissione & præstatione honorarii remunerari, non contrarium sed conveniens est amicitie. Lauterb. ad cit. tit. ff. §. 14. Nec dubium est, quin hono- 638 rarium §. certum sit, peti valeat, vel actione Mandati contraria, quando in continentè promissum supponitur, vel conditione ex moribus, quando per Pactum nudum ex intervallo

639 vallo promissum est per textus cit. Sin verò sit incertum, atque à mandante v. g. dictum: Ich will ihm für seine Mühe einen guten Recompens geben / actio non datur l. qui mutuum 56. §. 3. ff. l. salarium 17. Cod. d. t. & ibi Brunnem. num. 1. cum illius determinatio 640 univè pendeat ex arbitrio mandantis; præterquam si personæ fuerint, quæ non solent operam absque honorario præstare; cujusmodi sunt procuratores judiciales. Lauterb. ad cit. tit. ff. §. 15. Stryck in usu mod. ib. §. 18. Brunn. cit. l. n. 3. 641 Interrogabis: an consilium differat à Mandato? Resp. affirmativè. Nam consilium, sicuti relinquit sequendi libertatem, ita, si dolus absit, nec consulentem obligat ad eventum consilii, nec actioni Mandati subjicit l. mandatum 2. §. ult. l. idemque 10. §. 7. ff. d. t. Lauterb. ibid. §. 17. Stryck §. 8. & 9. ubi reprobat nonnullorum consuetudinem, qui suis Ministris & Consiliariis, si quando consilium, bonæ fide suggestum, suò destituatur eventu, gravius indignantur.

642 Rogabis præterea: num commendatio coincidat cum Mandato?

Resp. negativè, si commendatio tantum in generalibus terminis sit concepta l. si verò 12. §. 12. ff. d. t. l. ult. Cod. Quod cum eo, qui in aliena & c. quia vel persona vel res alterius bene-

volentia tantum & affectioni, ad exhibenda humanitatis officia, commendata censetur. Lauterb. ad cit. tit. §. 16. Sin autem com-643 mendatio in specialibus terminis sit concepta, ac eò tendat, ut fides habeatur personæ, cum qua contrahendum; aut res illa, super qua contrahendum, præ alia capiatur, Mandatum qualificatum, de quo statim, confurgere judicat Stryck cit. l. §. 11.

Præter hæc exquires: an discrimen sit in-644 ter Mandatum & jussum?

Resp. communiter id discrimen assignari, quòd jussum dirigitur ad personam, quæ parendi necessitatem habet, sicuti filius tenetur obedire patri, uxor marito, discipulus Magistro, subditus Domino; Mandatum verò dirigitur ad personam, cui liberum est, Mandatum suscipere vel reculare. Aliud ve-645 rò discrimen quoad actionem quod jussum & Mandati à cit. Stryck ad tit. Quod jussum §. 2. affertur, quòd Mandatum concipiatur ad certam personam, cum qua mandatarius contrahere debet; jussum autem indeterminatè concipiatur e. g. der Sohn soll sich bemühen von jemand / wo er fan / 100. Thlr. auf seinen desl' Datter Credit aufzunehmen. Crede-646 rim tamen, quòd, si persona sit libera à parendi necessitate, nihil interfit, an Mandatum suscipiat cum certa vel incerta persona contrahendi.

§. II.

Quotplex sit Mandatum?

647 **M**andatum diversimodè potest dividi in verum & præsumptum; in rem propriam & alienam; in generale & speciale; in judiciale & extrajudiciale. Sed quia in Lib. II. tract. 1. de Judic. in cap. 2. sect. 4. ubi de procuratoribus actum, hæc membra dividentia jam explanata sunt; nihil superaddo. 648 Unicam divisionem attingo, quæ Mandatum dispescitur in simplex & qualificatum. Simplex est, quòd negotia simpliciter & absque intercessione mandantur. Qualificatum est, quòd negotia cum intercessione quadam mandantur, veluti si Titio mandes, ut cum Sernpronio contrahat, aut ei pecunias det mutuas, tuò periculo, vel tuà fide, germanicè auf mein oder sein Fort / auf mein oder sein Gefahr. Textus in l. ult. §. 1. ff. Mand. l. Lucius Titius 24. ff. de Fidejuss. & mandat. 649 Differt unum Mandatum ab altero: quia Mandatum qualificatum est affine fideiussioni: ut proinde, qui fidejuberè non potest, ve-

luti mulieres, nec Mandatum qualificatum dare valeat per l. si fidejussores 6. ff. l. si cum 3. Cod. ad Sc. Vellejan. Ipse quoque man-650 dator poterit ea beneficia, quæ fidejussoribus concessa noluntur, sibi applicare. Stryck ad tit. Mand. §. 2. Remanet tamen inter hujusmodi Mandatum & fideiussionem non modica disparitas. Nam I. Mandatum solò consensu, quomodocumque declarato, seu per verba seu per literas, contrahitur d. l. ult. §. 1. ff. Mand. d. l. Lucius Titius 24. ff. de Fidejuss. cum tamen fideiussio, de Jure Romano, verbis solemnibus sit perficienda §. in hæc re 1. Inst. de V. O. H. 652 Mandatum tale numerandum est inter Contractus bonæ fidei, & adinstar alterius Mandati, concurrente dolo, infamat; non item fideiussio, quæ adhucmodò negotiis stricti juris accensetur. Stryck cit. l. §. 4. ubi plures adhuc differentias adstruit, & quòd parum aut nihil in effectu operentur, ostendit.

§. III.

Quis mandare possit, & Mandatum suscipere?

653 **P**ersonæ, quæ concurrunt ad Mandatum, sunt mandans seu principalis, & mandatarius seu procurator; vulgò Beselch. Haber/ de quibus in ordine ad actus judiciales remitto me ad dicta in cit. tr. de Judic. cap. 2. sect. 4.

§. 3. & 4. In ordine ad actus extrajudiciales repetitur ordinaria regula, quòd mandare & Mandatum suscipere possint omnes, qui contrahere & contrahendò obligari; nisi specialiter excipiuntur, velut excipiuntur milites,

lites, curiales, servi, deportati, & alii, quos exhibet Clariff. D. Franz ad tit. Inst. de Mand. num. 9.
655 Si petas: utrum nuntius & mandatarius differant?
Resp. quod differant, & in eo maxime, quod mandatarius ipemet agat vel contrahat; nuntius autem non agat vel contrahat, sed tantum sit instrumentum aut interpres, per quem alter seu principalis suum consensum explicat: adeoque sicut, qui contrahit per epistolam, ac illa voluntatem suam explicat, ipemet contrahere censetur; ita etiam qui contrahit per nuntium l. Labeo 2. ff. de Pact. l. consensu 2. §. 2. ff. de O. & A. Et hinc ipsum Mandatum, ministerio nuntii perfici, constat ex l. obligatio 1. §. 1. ff. Mand. Stryck ib. §. 6.
657 Confectaneum est, quod nuntius invalide procedat, si dominus consensum interea revocet, esto nuntius nullam revocationis habeat notitiam l. si pater 4. in pr. ff. de Manumiss. vind. quia instrumentum, citra causam prin-

cipalis influxum, nihil agit per l. quastrum 1. §. 1. ff. Qui & a quib. At mandatarius 658 (excepto eo, qui constituitur ad contrahendum matrimonium cap. ult. de Procurator. in 6.) valide procedit, tamen mandans revocaverit Mandatum, si nullam revocationis haberit notitiam l. si mandassem 1. ff. Mand. quia mandatarius habuit potestatem contrahendi, quae tamdiu durat, donec constet de revocatione.

Si quaeras ulterius: an mandatarius possit submandare?

Resp. quod possit, si negotium sit extrajudiciale cap. non indiscreti 1. in fin. de Procurat. in 6. l. si procuratorem 8. §. 3. ff. Mand. nec electa sit industria personae, prout electa censetur in negotiis arduis, quale est matrimonium d. cap. ult. de Procur. in 6. vel in operis artificialibus & ingeniosis arg. l. inter artifices 31. in pr. ff. de Solutio. Brunnem. ibid. num. 1. & 2. Stryck cit. l. §. 14. D. Franz ad cit. tit. Inst. de Mand. n. 10.

§. IV.

Qualia negotia mandari possint?

660 Objectum Mandati sunt negotia futura, honesta, & certa. Quod negotia debeant esse futura, traditur in l. si vero 12. §. 12. ff. Mand. & recte: quia voluntas mandantis in negotium influat, ac mandatarii voluntatem ad negotiandum determinet, opus est: alioquin non Mandatum, sed negotiorum gestio erit l. ex mandato 20. §. 1. ff. d. t. Quodsi ratihabitio superveniat, videndum, an negotium adhuc pendeat, an perfectum jam sit. In casu priore ratihabitio aequiparatur Mandato: quia voluntas mandantis voluntatem mandatarii determinare censetur, ut opus, quod coepit, perficiat per cap. ratihabitio nem 662 10. de R. J. in 6. In casu posteriore ratihabitio non aequivalet Mandato d. l. si vero 12. §. 14. l. ex mandato 20. §. 1. ff. d. t. l. Pomponius 9. ff. l. si pecuniam 9. Cod. de Negor. gest. l. bonorum 24. in pr. ff. Ratiarii rem hab. quia voluntas mandatarii non amplius impellitur ad ponendum negotium ex voluntate mandantis. Interim si negotium, meo nomine sit gestum, subsequens mea ratihabitio saltem hoc operatur, ut actioe Mandati contraria possim conveniri: cum in tantum ratihabitio aequivalet Mandato, in quantum agitur de meo

praerudicio l. semper 60. ff. de R. J. l. ult. in princ. Cod. de Scto Maceda. l. donationes 25. Cod. de Donat. inter virum & uxorem. Sin autem negotium meo nomine gestum non sit, non datur contra me actio Mandati, sed tantum negotiorum gestorum l. si pupilli 6. §. 6. 9. & 10. ff. de Negor. gest. quia, quod meo nomine gestum non fuit, a me ratihaberi nequit cap. ratiarius quis 9. de R. J. in 6. Gletle 3. p. Pand. d. cap. 15. n. 4. & 5.

Quod negotia debeant esse honesta, patet aliunde: quia nec Pactum est obligatorium, quod habet pro objecto rem illicitam; nec Mandatum productio obligationem vel actionem, si promittatur vel exhibeatur opus turpe l. si remunerandi 6. §. 3. l. si mandavero 22. §. 6. ff. Mand. sed uterque, mandans & mandatarius, ad penam ex delicto conveniuntur l. illud 3. §. 3. l. non solum 11. §. 3. & 4. ff. de Injur. Stryck ad cit. Mandat. §. 19. & seq.

De certitudine negotiorum res denuo est liquida: quia Pactum rei incertae & Mandatum incerti negotii non potest obligationem certam producere ex dictis in cap. 1. num. 197. Lauterb. ad tit. Mand. §. 10.

§. V.

Quis effectus sit Mandati?

667 Effectus proximus & principalis Mandati se tenet ex parte mandatarii, ipsumque obligat l. ad negotium diligenter gerendum. Hinc, quidquid dolu vel culpa neglexit mandatarius, refarcire tenetur mandanti. Num vero de culpa levissima quoque teneatur? ut voluit Lauterb. cit. l. §. 28. & D. de Something ad d. tit. Inst. n. 10. vel de lata & levi dunta-

xiat? ut voluit Connanus; vel omnino de lata solum? ut voluit Hunnius? Ambiguum est. Praeplacet autem, ad multorum textuum harmoniam, cum Brunn. ad l. procuratorem 13. Cod. Mand. num. 1. & 2. D. Gletle 3. pars. Pand. cit. cap. 15. n. 15. D. Franz ad tit. Inst. de Mand. num. 14. inter negotia distinguere; ut, si negotium sit vulgare, nullam requirens industria-

striam, v. g. fidejussio, sufficiat culpa lata l. si procuratorem 8. §. ult. l. idemque 10. in pr. l. si si Odejusfor. 29. in pr. ff. Mand. si negotium requirit exactissimam diligentiam, quale censetur procuratio litis alienae, praestetur culpa levissima d. l. a procuratore 13. l. in re mandata 21. Cod. d. t. si negotium requirat diligentiam mediocrem, qualia sunt pleraque extrajudicium, culpa levis praestetur per l. contra d. l. 23. ff. de R. J. l. procuratorem 11. Cod. Mand. 672 Ratio, cur in praesenti non reflectam ad communem regulam culpae, quae caeteroquin ex utilitate contrahentium mensuratur, haec est: quia Mandatum desumit originem suam ex officio & amicitia l. obligatio 1. §. 4. ff. Mand. sicque praesumitur, quod mandatarius negotium ad intentionem mandantis, prout genuinum decet amicum, velit exequi: mandantis autem intentio non potest certius intelligi, quam ex natura negotii, ut nepe mandatarius talem adhibeat diligentiam, qualem negotii desiderat natura.

673 II. obligatur, ut fines Mandati custodiat: hos si egrediat, regressum adversus Dominum, qui nullam obligationem exinde contrahit, non habet §. si quis 8. Inst. l. diligenter 5. in pr. l. potest 4. ff. Mand. Conferatur Clariff. D. Collega Aylbinger ad Something Inst. d. t. 674 num. 8. & 9.

Qualiter autem mandatarius speciatim in Contractu emptionis venditionis excedere videatur, pro extentum docent D. Gletle cit. cap. 15. n. 6. & seq. D. Franz 675 cit. tit. d. n. 15.

Id solum intactum non relinquitur, an, si quod Mandatum acceperit de re vendenda, pretium recipere valeat absque speciali Mandato? Ratio dubitandi est: quia non potest quis alteri solvere quam creatori, vel habenti Mandatum generale aut speciale a creditore l. vero procuratori 12. in pr. ff. de Solutio. Sed, qui Mandatum accipit, de re vendenda, non habet Mandatum generale vel speciale de recipienda solutione pretii: cum etiam, qui Mandatum habet ad locandum, non habet Mandatum ad recipiendam pensionem l. utilitatem 1. §. 12. ff. de Exercitor.

676 Ergo &c. Verum, quia in dubio praesumitur id omne Mandatum, quod negotio connexum est, vel sine quo negotium expediti non potest per l. quod servus 35. ff. de Solut. l. ult. §. 1. ff. de Off. ejus cui mand. est Jurisdic. l. cui Jurisdic. 2. ff. de Jurisdic. id est cui Mandatum venditio, praesumitur etiam Mandatum pretii receptio: eo quod emptor traditionem rei petere nequeat, antequam solverit pretium, aut fidem habuerit de pretio l. Julianus 13. §. 8. ff. de Act. empti; quod ultimum venditori non ita creditur acceptum, 677 sicuti primum: id est sententiam contrariam, quam tenent Fachin. lib. 2. controvers. cap. 93. Brunn. ad cit. l. quod servus in comment. D. Rudolphi in Centur. P. all. 105. q. 34. judico probabilior.

678 Ad rationem dub. Resp. dupliciter l. cum Fachinco, textum in cit. l. utilitatem 1. §. 12.

explicando de casu, quod specialiter fuit Mandata locatio, cum expressa prohibitione de non recipienda mercede. II. cum Brunn. 679 ibid. n. 12. assignando disparitatem inter locationem & venditionem: quia in locatione merces non statim ab initio debetur & solvitur, sed post usum finitum: at in venditione pretium mox solvitur, quando res traditur: hinc tanta connexio non intercedit inter locationem & exactionem mercedis, quantainter venditionem & pretii receptionem. III. 680 obligatur mandatarius, ut praestet omnes, quod praestari aequum est, quidquid scilicet ex causa vel occasione Mandati acquisivit l. idemque 10. §. 2. l. ex mandato 20. in princ. ff. Mand. quin etiam ut praestet ultimas, si vel moram admiserit in restituendo d. l. idemque 10. §. 3. vel pecuniam mandantis, contra illius consuetudinem, otiosam apud re retinuerit d. l. & §. Juncta l. qui semisses 13. §. 1. ff. de Usur. ubi Brunn. num. 2. & seq. D. Franz ad tit. Inst. de Mand. n. 23.

Effectus proximus & minus principalis tenet se ex parte mandantis, qui mandatarium ratione negotii suscepti, impenfarum bona fide factarum, necnon damnorum, ex quacunque culpa mandantis caustorum, penitus indemnem servare obstringitur l. si vero 12. §. 9. & ult. l. si quis 27. §. 4. l. si mandatu 4. pr. & §. 8. l. qui manuum 56. §. 1. ff. Mand. Lauterb. ib. §. 34. & seq. D. de Something ad Inst. d. t. sub n. 10.

Dammum, quod mandatarius ex casu fortuito perpeffus est, puta si naufragium pertulerit, aut spoliatus fuerit a latronibus & raptoribus, mandans refarcire stricto Jure non tenetur l. inter causas 26. §. 6. ff. d. t.

Nisi casus a mandante potuisset aliquo modo praevideri, vel prudenter timeri, velut si mandaverit, ut mandatarius cum certo homine contrahat & mandatarius damnus ab illo patiatur l. si servus 61. §. 5. ff. de Furt. Aut per loca periculosa, vel tempore belli quempiam mittat peregre. Brunn. ad d. l. inter causas n. 8. & 9. Stryck de Civ. Contract. sect. 2. cap. 11. §. 22. D. Franz cit. l. n. 25. Ex aequitate tamen, ne gratuitum officium alicui damnosum sit, mandantem obligari mandatario ad refundendum damnum, aut saltem illius partem compensandam, maxime si res necessarias, v. g. vestimenta amiserit, arg. cit. l. si servus 61. §. 5. & l. sed 17. ff. Testam. quemadm. aper. docent Lauterb. cit. l. §. 36. Brunn. ubi supra.

Effectus remotus est actio Mandati, directa & contraria. Directa datur mandanti & ejus haeredes contra mandatarium & ejus haeredes, ut praestet id omne, quod praestari aequum est. Contraria datur mandatario & ejus haeredibus contra mandantem & ejus haeredes, ut ratione Mandati servetur indemnitas. Ultraque actio est civilis, personalis, rei persecutoria, bonae fidei, & perpetua. Illa tamen, non ista, propter dolum infamat l. praetoris 1. ff. de his qui not.